

Συμ Θεω



Uanta sit chymie utilitas & ne-  
cessitas, vel inde patet, quod, teste  
Excellentiss. Dn. Præsidi in Instit. Med.  
vix quisquam hodie in Physica vel  
Medicina excellere possit, nisi hujus  
cognitionem habeat. Placet idcirco thesibus qui-  
busdam in naturam Chymie, ut & Chymicorum  
Principia inquirere. Sit ergo cum Bono DEO.

THE S I S I.

**A**lchymiam & Chymiam nonnulli distinguunt, & hanc  
solum in artificiosa medicamentorum præparatione; il-  
lam vero in Metallorum transmutatione saltem occupa-  
tam esse opinantur. Verum minus rectè. Eadem est  
enim ejusdem rei appellatio, nisi quod altera Arabicum arti-  
culum Al præfixum habet.

Alchymia &  
Chymia an  
differant?

II.

Hoc quidem verum est, ut in præfat. Alchym. Pharmaceut.  
habet Libavius: duas esse Alchymiaæ factiones, Unam Medi-  
cam, alteram Metallurgicam, quarum illa per omnia corpora  
mista decurrat: hæc vero in Mineralibus tantum subsistat. Ve-  
rum versatur utraque circa corpora naturalia, vegetabilia sci-  
licet, animalia, mineralia & metalla, & eodem quidem modo,  
puta quatenus sunt solubilia; eo fine, ut resolvantur, purifi-  
centur &c., quæ postea vel ad Metallorum Metamorphosin  
adhibet, vel ut Medico ad Medendum usui sint idonea reddit:  
perinde ut Physica vel Logica suum proprium quidem finem

Alchymia du-  
plex.